regiones, in quibus repertae fuere, romanae originis omnes eſſe, comprobant. *) Interea de hoc non dubitauerim, hoc tempore, quo a partibus chriſtianae religionis ſtare coeperunt, lampades ad ſepulcra ſuſpendere conſueuiſſe Germanos; **) quis vero eſt, qui monimenta noſtra ſepulcralia ad ea tempora referre audeat?

VI

Si vera ſunt, quae in praecedentibus adſeueraui, haud ſcio an quicquam veritati magis conſentaneum eſſe videatur, quam imagunculam fictilem ad crepundia veterum adnumerare. Haud

*) Meam ſententiam amplectuntur: KVNDMANN l. c. p. 320. ARNKIEL l. c. HERMANN in *Maslograph.* L. III. c. 4. p. 104.

**) TRESENREVTERI *Antiquit. Germ.* p. 69.